



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

20. Si locus restauretur, an recuperabit exemptionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

c. si civitas de sent. excom. in 6. Bald. d. n. 9. cum Apost. Idque quia ejusmodi membra seu castra stant per se, ac eis æque principaliter privilegia concessa sunt, ad quos conferunt quæ supra diximus quest. 17. par. 1. vers. secundo quod si ordo de participatibus in privilegiis aliorum, quæ hic breviter causa nolo repetere.

QUESTIO XX.

Si locus restauretur, an recuperabit exemptionem.

SUMMARIUM.

1. Solemnitas eadem opus est in restitutione, qua in concessione.
2. Quod restituitur, numquam est idem numero.
3. Res in pristinum statum restituta priora jura recuperat.
4. Servitus restituta non est nova, sed pristina.
5. 6. Distingendum utrum locus destruat auctoritate superioris, an a inferiori.
7. Item an cum spe resurrectionis.
8. Pons destructus & postea restitutus, recuperat priora jura.
9. Tamen adfert restitutio, quam absolute lesio.

Pro parte negativa possent varia adduci, imprimis quidem, quod solemnitas qua requiritur in actu seu exemptione concedenda, requiritur etiam in reparanda seu restituenda. *Jason. rep. l. quo minus numer. 189. ff. de summi. Bald. si ut proponit 2. numer. 1. C. de nupt. & in Margarita verb. civitas, lausimè Brunstract. de resurrectione conclus. 3. numer. 9. & seq. vol. 1. et. 17.* Locus enim restauratus non est qui fuit, sed novus, argumento ejus, quod de servo manumisso, aut reditu extincto proponitur, si enim in servitutem redigatur servus, non idem homo qui fuit ante est, sed alius. *l. servus legatus in fin. de odim. legat.* Et si schyphorum usufructus legatus sit, deinde massa facta & iterum scyphi, non tamen illi sunt quorum usufructus legatus est. *l. qui usum fructum ff. de usufr. l. repeti §. rei mutatione. ff. quibus mod. usufr. amittatur.* Similiter, si quis renunciat in commodum proprietarii usufructui, & proprietarius effectus pleno jure Dominus, usufructum restituat, non idem est usus fructus, qui ante unitus & consolidatus fuit proprietati. *l. si usufructus ff. de jur. dot. §. finitur in st. de usufr.* Quod enim restituitur, numquam est idem numero. *d. l. repeti §. rei.* Pro affirmativa autem stat regula, quod res in pristinum statum restituta, priora jura recuperat. *l. c. Aniscinus ubi glo. fin. in fin. ff. de serv. vii. in st. pr. ad. cap. ab exordio cum glo. d. st. 36. glo. cap. si de corpore 36. quest. 6. tex. l. & si forte in pr. l. loci §. fin. ubi flor. ff. de serv. vii. urban. praediorum.* Sic servitus consula in pristinum statum restituta, non est nova, sed pristina. *l. si et ff. Commun. praedior. l. pap. ibi si non*

non potestur & ff. de servit. l. si quis ad e. ff. de servit. urban. praedior. Bald. l. ius civile ff. de iustit. & iure in l. non modus C. de servit. & aqua. Brun. cons. 79. n. 5. § 6. ubi de restitu-
tione feud. Item delinquens restitutus in pristinum statum, censetur etiam ad ca-
stra & feuda restitutus fior. d. l. loci § fin. Brunus d. conclus. 9. num. 70. in suo tract. de re-
fessione.

Pro conclusione, distinguendum est, utrum locus destructus fuerit auctoritate
superioris sine spe refectionis, nullis remanentibus reliquiis, eo casu sublata sunt
omnia illius iura, privilegia, & exemptiones. Abb. c. Abbate num. 16. de verb. signif.
Innocent. cap. cum ex iuncto num. 2. de novi. oper. nun. Fel. cap. cum delecta col. fin. ver.
destructo Monasterio de reser. Albert. Brun. tract. de mutatione & transfor. membr. 2.
conclus. 16. n. 68. per tot. vol. tract. 17. fol. 104. Petr. de Pens. tract. de mutatione status Ec-
cles. in pr. n. 3. § 4. & cap. 3. doct. Bald. cap. imperialis n. 10 de pace const. Bald. in Mar-
garia verb. civitas Alex. cons. 44. vol. 1. Bald. cap. col. 1. de elect. Gail. lib. 2. obs. 61. nu. 4.
Ratio est, quia actio semel extincta non reviviscit l. qui res & arream ff. de solut.
l. Marcus § duobus de leg. 2. Abb. d. cap. Abbate n. 16. Si vero locus fuerit destructus,
fatali casu, seu ab non habente auctoritatem, eo restituito reviviscet etiam exem-
ptio. DD. ubi supra. Sayrus in summa Theol. moralis par. 1. lib. 5. cap. 3. n. 16.

Ratio est, inquit Baldus, quia ejusmodi locus sine ullo corpore materiali vivit
quodam intellectu, & extat anima, ut ita dicam, quasi sine corpore, & retinet omnia
privilegia, l. moruo ff. de fidejussor. l. hereditas ff. de petit. h. res. Unde, per restauratio-
nem, privilegia, exemptiones, & caetera quae durabant habitu, reducuntur ad actum
iplo jure, Ita Bald. in Marg. vers. civitas. Innoc. ubi supra facit tex. l. pater §. Titusculanus
ff. de leg. 3. Est autem ratio differentiae, quia quando de jure destruitur, titulus cas-
tatur, at vero facti calamitas, nec jus, nec titulum aufert, nec nomen. l. servitutes § si
sublatum ff. de servit. urb. praed. ubi DD. Unde est, ut civitas ab hostibus occupata, ac re-
cuperata, omnia sua jura & privilegia recuperet. cap. pastoralis ubi gla. pen. 7. qu. 1. Abb.
& Canonist. c. super eod. de cens. ibi Brunus d. tract. de refectio. concl. 9. in fin. Gail. d. obs. 61.

Declaratur tamen haec conclusio, quod si destructio facta sit auctoritate superioris
cum spe refectionis, aut translatio facta sit in alium locum, eo casu retinentur
omnia privilegia, ut esse communem restatur Alexander l. stipulantem §. sacram in
fin. ff. de verb. obligat. Fel. cap. cum delecta n. 21. vers. quando autem de rescript. Ratio est,
quia cum esset spes restorationis, locus durat habitu, licet non sit actu. Bald. d. ca. Im-
perialis n. 9. & 10. Ideo pro exemplo traditum est, quod si pons aliquis destruat
ac restitueretur, privilegia pristina recuperabit. Bald. l. si plures col. 4. C. de cond. inseri.
& in l. 3. in fin. C. de privileg. ff. i. Brunus d. conclus. 9. in fine. Censetur enim esse idem
pons habitu & surrogatione. Barib. & DD. d. §. sacram, Brunus ubi supra.

Declaratur secundo, ut si civitas, Ecclesia, castrum, aut Collegium superioris vo-
luntate & licentia reedificetur, & restitueretur, quod omnia jura & privilegia amil-
sare.

recuperabit, puta Clericos, cives, subditos, & statua. *Bald. d. verb. civitas* & in
 1. n. 1. de Capitaneo qui curiam vendidit, quia tantum adfert restitutio, quantum ab
 lit lætio. *lex. l. 1. C. de sent. pass. l. fin. §. fin. C. eod. l. quod si minor §. restitutio ff. de minor.*
 Distinguit tamen Afflictus cap. 1. n. 12. de capu. *Conradi*, An locus in totum fuerit
 destructus, an verò tantum pro parte, ut primo casu non recuperet privilegia, et
 non sit idem locus, sed novus, rationibus quas in principio attuli. Secundo vero
 quod recuperet, auctoritatibus de quibus apud eum, vide *Bald. conf. 321. vol. 4.*

Q U Æ S T I O X X I.

Quid si locus mutetur, ac in alium transferatur.

S U M M A R I U M.

1. Ecclesia Lovaniensis, Thenensis, Diestensis translata sunt cum exemptionibus pristinis in aliam Diocesim.
2. Ecclesia, civitas, castrum retinet sua privilegia, si in alium locum transferatur.
3. Una obligatione in aliam transfusa durat prior dispositio.
4. Honorum translatio dicitur fieri cum omnibus eorum oneribus, & privilegiis.
5. Ecclesia translata, an de sinat esse exempta?

Exemplum, Clerus secundarius Diocesis Leodiensis exemptus est à jurisdictione ordinarii, à qua Diocesi dismembrati, & erepti fuerunt Thenensis, Lovanienses, Diestenses, Arlicotani, & plurimi alii, translatiq; sub Diocesim Mechliniensem. Quæritur, an Clerus Thenensis aut Lovaniensis translatus fuerit cum suis privilegiis & exemptionibus, ita ut exemptiones post translationem retineant. Huic quæstioni affirmative respondet *Wamesius conf. 63. n. 2. & conf. 64. n. 3. de iudicis per tex. c. ad Apostolatus. de concess. prebend. in extravag. Joannis 22.* Ratio est, quia Ecclesia, civitas, castrum, Collegium, aliave loca, retinent sua jura, privilegia, & exemptiones, si superioris auctoritate in alium locum transferantur. *glo. cap. privilegium de reg. jur. in 6. Innoc. cum ex in iudic. & novi oper. nuntiat. Alber. l. si usufructuarii, ff. quib. mod. usufr. amit. Alex. l. inter stipulantem & facram, col. ult. ff. de verb. oblig. Alex. conf. 34. vol. 1. Gaill. lib. 2. obs. 61. n. 10. Brunus tract. de mutui. & reformat. memb. 3. concl. 3. n. 78.*

A simili si obligatio in aliam transfundatur, durat in transfuga prior juris & hominis dispositio. *Barth. l. cum stipulatus col. fin. in pr. ff. de verb. oblig. & in l. 1. ff. de in litem iurand. Brunus d. tract. de mutatione concil. 3. n. 83.* Et si castrum aliquod sit in alium locum translatum, rustici tenebuntur illud custodire, non secus quam prius. *Alber. d. l. si usufr. Brunus d. concl. 3. num. 78. in fin.* Possent ejusce generis quamplurima in exem-